Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26233
Copyright: Admont, Benediktinerstift



14

·1·

j. oracula angelorum et revelationes et admonitiones sapientiorum quae facta fuerunt. Joseph. de ipso sua sua virgine in domum suam traducenda ut vxorem. Noli igitur timere accipere Mariam coniugem tuam. Et de virginali concepcione ipsius de spiritu sancto facta. Quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. etc. Et de virginis partu et xpi natiuitate et ipsi dei saluatore per ipsum futura. Pariet igitur filium et vocabis nomen eius Ihesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. etc.

¶ ij. Spectaculum pastorum quod legitur. Luc. ij. Pastoribus nocte vigilantibus super custodiam gregis suum. In ipsa hora natiuitatis puri vt dicit Origenes. Angelus domini astitit et claritas dei circumfulsit illos et dixit angelus ad eos. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. Quia natus est vobis saluator qui est xpus dominus in Ciuitate David. etc.

¶ iij. Miraculum magorum quia vt scribit Math. ij. Magi diuino et celesti miraculo stella prima et duente venerunt ab oriente Jerosolima dicentes. Vbi est qui natus est rex Judeorum. Vidimus enim stellam eius in oriente et venimus cum muneribus adorare eum. etc.

¶ iiij. Symeonis suscepcio qua suscepit in vlnas puerum plenum in templo et eius gratulacio et pphetica exultacio et ante confessio et benedicio. Vt dicit. Luc. ij. Et cum inducerent puerum Jesum in templum. etc.

¶ Hec igitur omia de puero Jesu diuulgata facebant de ipso admiracionem plurimis et maxime pentibus. ¶ Nec ergo quod admiracio hunusmodi potuit surgere ex vna trium. ex. j. Ex metu et veneracione quasi magnitudine mysterij. Et sic Joseph mirabatur de puero Jhesu nato. primo ipse signum datum pastoribus de presepio. quod indicabat eum puerum natum humanitatis ipsum pauperiem et humilitatem. quia licet forte alij aliqui pauperes illa nocte in Bethlehem potuerint esse nati. nullus tamen eorum simul natus fuisset in presepio positus. quod secundum vbum angeli. Inuenietis inquit infantem pannis inuolutum et positum in presepio. etc. Et ut ipsum puerum singulare signum et paulegum. unde in pr. Pauper ego sum et in laboribus a iuuentute mea. Job v. Homo natus de mulier ad laborem. ¶ Secundo ipse signum datum magis de celo. quod indicebat eum puerum natum diuinitatis eius claritatem et maiestatem. quia non quia hominem. sed deo celestia et celi samulantur ad nutum. quia. Tu es celi et tua est terra. orbem terre et plenitudinem eius tu fundasti. etc.

¶ Tercio ipse signum datum nisi de maiorum tuna et tonorum resurrectione. de non credencium gratiadacione et pretransitu gladij per ipsius animam in filij passione. de cognitacionum et corporum revelacione in ipsius resurrectione. Luc. ij. Ecce positus est hic in ruinam. ¶ iij. Por eam admiracio. Ex motu et hesitacione alicuius dubij. Quia admiracio est quam stupor mentis ex insolito effectu appenti cui causa ignoratur. Et ita de ipso mirabantur pharisei et Judei. Luc. ij. Erant autem omnes et mirabantur super dictis quae dicebantur a ore eius. et maxime ex eo quomodo scriptures eum non dicuisset. Vt legitur. Joh. viij.

¶ iij. Por causam admiracio ex magnitudine exultacionis et gaudij. Et ita mirabatur mater Jhesu de ipso. Videlicet non motu alicuius dubij. quia incarnacionis mysterium ipsi illum et cognouit. de quo angelo nuciante et sancto spiritu reuelante plenissime dicta fuit. quod vt dicit Bernh. Soli illi datum fuit scire cui soli datum fuit experiri. ¶ Sicut metu magnitudinis mysterij. quae in ipso opere incarnacionis sua summa humilitate et summa dei dignacionem erga se et omnia recognuit. Luc. ij. Quia respexit humilitatem ancille sue. etc. Et mirabat in exultacione